

cultu à civibus frequentando consistit : cum Respub. tùm  
felix censeatur, si cives vel subditi ejus felicitatem virtutum  
exercitiis fuerint consecuti.

XXIII. In cives verò singulos commoda dimanant ma-  
xima, quòd temperantia vel sobrietas, mentis & sensus, mem-  
brorum omnium, corporisq; tutela, castitatis pudicitiaq; mu-  
nimētum dicitur, quæ honestati semper conjuncta est, cunctaq;  
cum ratione disponit. tùm privata

XXIV. Consistit verò temperantia tùm in cibo & potu, 2. partes,  
tùm in venere seu voluptate. quòd con-

XXV. Quàm insensa natura nimia cibi & potus in- fistit tùm in  
gurgitatio, verbis haud satis dici potest, cum, secundum Ora- cibo & potu  
torem in Catone, tantum cibi & potus assumendum sit, ut re- ubi  
ficiantur, non verò opprimantur vires.

XXVI. Hinc belluones, comedones, ultra modum, quàm Damna orta  
natura postulat, sese infarcientes sanitati maximum afferunt ex hellua-  
damnum: & vocationis suæ munera exequi nequeunt. tione quæ

XXVII. Hinc Ægyptij vitem ex fusso in terram Gigantum notata  
insanorum cælum oppugnantium sanguine pullulasse tradide- tùm ab Æ-  
runt: cum mentis vino obruta nullum in affectus amplius sit gyptiis  
imperium: sed homo ejusmodi in præcipitia delictorum, puta  
in venerem, rixas, cædes, jaçtantiã, secretorumq; patefa-  
ctionem ruat, haud secus ac currus rectore spoliati nullo or-  
dine feruntur.

XXVIII. Apud Romanos uxores vini gustatrices capitis tùm à Ro-  
periculum incurrebant. manis.

XXIX. Quid jam laudis merebuntur certamina pota-  
toria, quale fuit Alexandri Magni, coronam ei, qui pluri-  
mum ebibisset, proponentis. Damnanda talia.

XXX. Hinc in conviviis absit luxus, cum secundum Senec-  
cam convivorum & vestium luxuria agræ civitatis sit in-  
dicium.

B

XXXI.